



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tuba Tragica, Seu Historiæ Horroris Plenæ Dominicis Per
Annum Concionatorio ritu aptatæ, Quibus ad oculum
ostenditur, quàm acribus pœnis flagitia proscindat
scelerum Ultor Deus**

Selhamer, Christoph

Norinbergæ, Anno Gratiaë M.DC.XCIX.

Concio XXXIX. Dom. XIV. post Pent. Mali Christicolæ Mammonistæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52721)

CONCIO XXXIX.
DOMINICA XIV. POST
PENTEC.

Non potestis Deo servire & Mammonæ. Matth. 6.

Mali Christicolæ Mammonistæ.



A.
Per cæcos
gentiles
Præsens
Evange-
lium ex-
planatur.

Um Marcellus belli fulmen & Romanæ Glor-
gentis devictis hostibus ex Sicilia Romam reve-
teret, & more triumphabundo tanquam hostium
exterorum gloriosissimus Domitor urbem esse
ingressus, binis simul Deabus *Gloria* ac *Virtus*
nobile fanum extruere constituit AA. Consultabant popæ
sacrificuli; quâ formâ omnium splendidissimè erigi posset stru-
ra, & conclusum est, duplicem Deam unò ædificiò nec
nec concludi, nec ritè coli posse; si ergò Marcellus stru-
utramque templò decorare, duplex templum ædificet; ita
tamen, ut omnes indè discant, à *Virtute* ad *Gloriam* ascendi;
primum itaque templum *Virtuti* sacretur, alterum *Gloria*, ita
tamen, ut ad hanc nulli aditus detur, nisi alterum *Virtuti*
sacrum priùs transeat. Hic loci cœci gentiles grandeluna
accendunt, quò præsens Evangelion illustretur; quid enim
hoc duplici ædificio aliud signabant, quàm id, quod Christus
hodie Pharisæis occinuit: *non potestis Deo servire & Mammonæ*.
Non capit unum templum Deos à se mutuo tantopere
distinctos. Uni soli dedicari debet templum, alterò, quò
spurius est, penitus exclusò. Opt. Auditores quærat, et
Divo Paulo (1) quanti hominem faciat, & quid ex hominibus
fieri velit, candidè dicet: *nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* Quod hic loci Corinthiis in-
inculcat, omnes tangit. Nos omnes esse oportet *templa Dei*,
sed quæ illum solum comprehendant, illum inquam solum, qui

(1) 1. Cor.
#3

qui totum hoc templum ex nihilo sul extruxit, & tantis haectenus impensis ac sumptibus sui juris fecit, ac proprio sanguine purgavit. Hic nemo juxta veri Dei effigiem collocet idolum; non patitur corrivalem Zelotes Deus. Sacros amores sibi vendicat uni; hos qui dividit, totum Deum suo e templo proferbit; hic alteri nec facellum vult erigi, nec aram, nec tabulam, ego, inquit (2) id e, sum Dominus Deus tuus foris zelotes, ut ne quis alius irrepat, qui se Deum mentiatur stygiò damnatus avernò. Hæc ipsa causa est, prout Hugo memorat (3) cur Deus simul esse vellet hominum Creator & Redemptor, nempe, utne amorem tuum divideres, idem factus est tibi Creator & Redemptor. Cùm sponsa (4) in Cant. avidè inquireret, quibus modis ipsa tanquam templum Deo dicatum suis à facibus ritè posset purgari, hæc vox cœlica auribus ejus illapsa est: pone me, ut signaculum super cor tuum, seu pectus tuum ita fortiter obsigna, ut nullus illuc præter Deum valeat penetrare. Idem cor hoc ipso ex capite desuper factum est amplum & flammeum, ut unum Deum cœlò defluum ardentibus suspiriis & flagrantibus desideriis exciperet, inferius verò versus terram totum acuminosum, ut nihil e terris terreum, ut nihil e mundo vanum aut fictitium, ut nihil e carne lascivum, ut nihil ex orco peccaminosum, Deo ter optimo maximo adversum possit illuc irrepere. Odit nempe Deus & execratur quamcunque mixturam aut societatem, solus & unicus possidere vult habitaculum suum. Non vult Christus communionem, verba sunt (5) S. Patris Augustini, sed solus vult possidere, quod emit; tanti emit, ut solus possideret; tu verò eidem facis consortem diabolum, cui te per peccatum vendidisti. Va duplici corde, pergit Augustinus, qui in corde suo partem faciunt Deo, & partem faciunt diabolo. Quid importat hoc vae? quid minuitur? respondeat (6) Sophonias: desperdam eos, qui jurant in Domino & in Melchom, seu, quod idem fuerit, qui Deo servire gestiunt & Mammonæ. Experti sunt hoc vae in Veteri Testamento duri & obstinaces Philistæi (7) hi eò temeritatis & audaciæ progressi sunt, ut eandem in Aram, in qua stetit Arca fœderis, idolum Dagon reponerent. At quid Deus ad hanc enormem proterviam? primùm eos paternè monuit, ut

B.
Cor est
templum
Dei

(2) Exod.
20.

(3) Hug.
Vist. in
Matth.

(4) Cant. 8.

C.
Cor totum
sibi Deus
vendicat.

(5) S. Aug.
tr. 7. in
Joan.

(6) Soph.
1.

(7) 1. Reg. 7

D.
Arca Dei
non pati-
tur sibi fo-
ciari Dago-
nem; ideo gra-
viter Puni-
ti sunt Phi-
listæi, in
Vet. Lege.

(8) Cornel.
in 1. Reg. 5.

(9) S. Bo-
nav. in Ps.
28.

ut procul ex aris & ex oculis orcinum Alastorem removerent. Script. teste. *Alterâ die ecce Dagon pronus jacebat in terra.* Ex hoc casu poterat utique & debebat evidenter colligi, Dagonem fœderis Arcæ una in ara malè ac perfidè sociari; cœci tamen Philistæi nec capere visi sunt, nec agnoscere facti hujus pravitatem, persuasi, id casu fortuito accidisse, quia nec manus nec pedes erant ex casu luxati; ausu itaque plùs quàm temerario in Aram Dagonem suum reposuère Philistæi, sed hoc ipsi ad celerem sceleris vindictam justum Numen provocabant; altera die templò referatò, distinctè viderunt, iterum humi abjectum esse Dagonem, & in frustra comminutum; inde videtur Dei manus etiam Philistæos corripuit, qui juxta Dei Arcam locabant Dagonem. Notat hic loci Cornelius (8) injuriam Arcæ illatam triplici pœnâ ultum esse Deum. Prima in Dagonem ferebatur, qui Arcam quasi devictam sibi subditam habebat prosternendo eum ante Arcam, ut eam adorare videretur; erat autem Dagon, ut inquit Bonav. (9) Veneris idolum à Philistæis juxta Dei Arcam locatum. Secunda pœna iram Philistæos, eos probrosâ morte, pudendò alvi morbo seu febrida lue mulctando. Vatablus hunc morbum vocat *Marsiam*, Lyranus *dysenteriam*, Theodoretus *phagodanam* seu *cancerem*, Genebrardus *hemorrhoidas*, alii *luem gallicam* seu *venerem*. Novum fuisse morbum & peculiariter à DEO Philistæis immisissum, ex eo patet, quia præter acerrimos dolores etiam infirmitudinum putrefactionem peperit & egestionem, unde multo fato pressi sunt repentino. Tertia pœna in ipsam regionem grassari visa est, mures immittendo, qui omnia sata, omnia germina depascerent, qui hortos, vineas, fruges, & fructus devastarent. Si tam grandibus pœnis Arcæ & Arcæ Dei violatores in Veteri Lege Deus punivit, quâ pœnâ in Nova Lege omnes illos castigabit, qui juxta Deum in templo Dei collocant Mammonam? huc huc tendit præsens crisis evangelicæ: *non potestis Deo servire & Mammonæ*, quasi diceret, non potest simul eodem sub tecto, eodem in pectoris templo habitare Arca & Dagon, Virtus & vitium, Deus & diabolus, Deus & Plutus, aut iniquitatis Mammona. Hos ambidextros pœna speciali mulctare Deus constituit, sicut peculiari lue infectos & confectos esse scimus Philistæos.

An placet hanc specialem poenam, quã in nova Lege vindex Deus pseudopoliticos neutralistas, Dei simul & mammonæ reprobos cultores multavit, coram arbitrari? Audiamus breviter, quæ Virgilius Ceparius Soc. Jesu Sacerdos, Rector Collegii Florentini & Romani ipsò Festo SS. Simonis & Judæ Anno 1614. in Domo professæ Sodalibus suis Præses Sodalitatis prædicavit, accepta, ut aiebat, ab illo ipso, qui tunc in Urbe præfens erat, cum hæc in Lusitania agerentur, Nycio (10) te-
 ste. Erat ibi tacito nomine urbeculæ cuiusdam nobilis præfectus, qui contra Divinum primæ Veritatis oraculum eam in sententiam verè absonam & erroneam deflexit, posse facili negotio & Deo simul & Mammonæ serviri, contradicente Scriptura. Qui hunc vidit prætorem, & nihil ultra de moribus ejus ac vita intellexit, unà judicium judicavit, huic viro vitæ laudimoniam, Dei ac justitiæ cultu neminem mortalium antere. Recitabat singulis diebus ex ultronea pietate cum Sacerdotibus omnes horas seu totum Breviarium, diebus singulis ab Ecclesia decretum; cui insuper nobile auctarium quotidie adjecit Officiola minora de Sanctis. Pransus aut cœnatus vel musæum suum, vel hortum obibat, rosariò Deiparæ recitando piè distentus, rarò antè ad causas forenses progressus, quàm globulis Virgine evolutis, octavo quovis die peccata confiteri, & erectis in altum palmis Mensam adire solitus Eucharisticam. Adhæc magnus erat pater pauperum, & mendicantium Ordinum patronus: illos nunquam à se vacuos dimisit, sed largi semper stipe refocillavit: hos esculentis & poculentis largissimè per annum instruxit. Dic, quid pietati defuit & liberalitati, qua prætor iste inclaruit? an etiam altius extendi poterit virtus, quàm actu fuerit hic loci extenta? hoc ardenti orationis zelò & aliis incensæ charitatis actibus multos sanè religiosos multis post se passibus reliquisse videtur. Hactenus eam vitæ probitatem descripsimus, quæ nonnullis censoribus etiam videri potuit aris digna; at quomodo? ut scilicet etiam ipse sicut Dagon in frustra comminueretur. Ehodum, inquires, quid iudicii in Virum tam probum vibratur? an tanta morum pietate conspicuus prætor Dagoni comparetur? quidni? cujus opera exhibuit, illius etiam nomen referat. Non formari de-

B b b

bent

E.
 In nova
 Lege præ-
 tor ille Lu-
 sitanus.
 Hist.

(10) Nyci-
 us de virt.
 & vit. c. 4.

F.
 Palmaris
 hypocrita.

H A P E L
 W
 T

G.
Non se-
cundum
faciem
judican-
dum.

bent iudicia ex aspectu, nec ex auditu; quia *frons, oculi, auris* persapè mentiuntur, *oratio* verò sapissimè, prout vel pueri norunt primis in scholis abecedarii, cum suas operis appetentes excaudicant. *Oratio* vox est bifaria & ambidextra; sumitur pro sermone, pro eloquentia, sed & pro precibus sumitur, quibus Deum humi fusi adoramus, & pios Cœlites nostris in vota urgemus. Non omnis *oratio* precatio est; felix mulier legat sub fornace sessitans etiam labia movet strepente motu, videat hæc rudis puellus, ad matrem curret anhelus, dicetque hem mater, catus orat! ridet ad hæc mater, quia novit, cuius toni sit oratio felina; sic ergò & hæc oratio fallit Audientes, non item Deum cordium & interioris linguæ accuratissimum rimatorem. Videat nonnemo eminus in Ecclesiis prægrandes viros ac feminas toto corpore spectabiles prominentes, grandes rosarii globos evolvere, aut etiam erectas ad fides tollere palmas, mirabitur immotam devotionem rerum insensibilium spectator; at cominus inspiciat oratores, solido marmoris coëtrices personas videbit insculptas, & oratio prodibit faciem marmorea, vana, fictitia; remove lapidem, & vel modicum introspecte, præ quantum luti, fimi, sordium, vermium, murum, talparum, & venenatorum animalium sub hoc precatrice viro, sub hac precatrice femina delitescet! his interim formis, his figuris pulvis & umbra exornatur; his icunculis tumuli decorantur. Hic subduplici schemate *cati* atque *tumuli* præstat oratio vivis coloribus descripta, quam Lusitanus prætor exhibuit. Rectè monuit Servator noster (11) *nolite secundum faciem iudicare*, nolite secundum labia iudicare; centies talis oratio, & creditur esse Seraphina, quæ purè felina est aut marmorea. Talis erat, quam fudit prætor noster, vana, putida, inanis, vacua, cassa, impia, hypocritica. Pietas illius erat scenica, devotio illius erat scenica, ad fucum simplicioribus laiciendum reiterata. Oëtiduana Confessio ejus potius erat sacrilegus Divinorum mysteriorum abusus; elemosyna ejus proxis erat pharisaica, ad occupandam popularem auram recepta; Claustralium cibatio & liberalis potatio eum in finem frequentata est, ut tantò liberius datum esset peccare & gratiam quanto certior esset de patronis læsi aut lædendi nominis li-

(11) Jo. n.
7.

mam fortiter propugnaturis; verbò, ut Nycius inquit, foris
 oviulæ candidâ lanâ totus innocens splendebat, intus nihil ab
 nefesto & rapace lupo distabat, dolis plenus & fraudibus, pravis de-
 sideriis oblitus, mille iniquitatibus cumulatus, munerum unguen-
 tis undiq; delibutus, auri horrida fame succensus, qui modo quo-
 cunque per fas & nefas opes corraderet, alieno ex peculio lar-
 giores eleemosynas dispensaret, alterius è bursa menfas adipa-
 les instrueret, minimas noxas grandibus pecuniarum multâs o-
 neraret, quarum nec tertiam partem rationario insereret, fi-
 ctis & enormibus tributis subditos emungeret, oppansò nequi-
 tate palliò bonis suis opulentos negotiatores expilaret &c. his
 modis, his mediis adipaliter fartus, facilè potuit largiores elee-
 mosynas dilargiri; at quo fructu? quo emolumentò? nullò,
 nec simplici Deogratias digno; quæ enim hæc gratia fuerit,
 totam pellem probè elaboratam coriario furari, ut inde nudi-
 pedes iros calceis instruas? quæ charitas fuerit, innocentem
 Metellum decorticare, ut alterum calefacias? quæ iustitia fue-
 rit luridis & putentibus causis lucri gratiâ patrocinari, paupe-
 res viduas & infantes pupillos ad incitas promovere? alios ad
 restim adigere, ut ditescas? hæc & alia prætor iste tentavit,
 foris pientissimus asceta, intus turpis Sauromata, vel Sarmata
 pallus equò. In patente templo supplice gestu Eucharisticum
 Nomen adorabat, domum regressus cum prece thura dabat
 thyrso mammonæ. Paulò antè hoc hominis monstrum cum ido-
 lo Dagon comparavi; nec malè. Quid signat Dagon in Scri-
 ptura? Divo Patri Hieronymo (12) Dagon juxta hebræos fon-
 tes idem fuerit, quod *tristitia piscis*. Quid hoc rei? quid re-
 sponsi? habuit olim hoc turpe idolum grande caput, pectus
 habuit & manus instar hominis, à media sui parte squamosum
 & caudatum piscem referebat; hoc Dagonis portentum partim
 terreum, partim aqueum, phillistæi maris accolæ tanquam Deum
 colebant, re ipsa monstrum erat marinum, veri nominis chymæra,
 bestia phantastica, cum qua jure, ut memini, hunc prætorem com-
 paravi. Jam caro erat, jam piscis erat; jam calidus erat, jam fri-
 gidus; jam nobilis asceta in folio, jam rapacium prædonum prin-
 ceptus nebulo; jam homo, jam bestia, quem jure dixerit Poëta, *se-
 mibovemq; virum, semivirumq; bovem*, qui Summi Dei arcam
 Bbb 2 & or-

H.
 Eleemo-
 syna ex
 alieno aul-
 la est.

12) S. Hier.
 in 99.
 Script.

I.
Impius Ju-
dex.

& orcinum Dagonem una in ara constituit, hypocritica pietate Deo, irrequieta opum cupidine Pluto & Mammonæ famulatus. Perennis ejus cura & animi flagrantis anxia sollicitudo eò perpetim collimabant, ut mutuis odiis & simultatibus vel amicos vel vicinos succenderet; ut tricas extricis formaret; ut dissidentes amicos foveret; ut lites ex litibus sereret, & controversias ultrò circumulandas redanimaret; ut jurgia & linguæ prælia luscitaret; ut causas unâ horulâ expediendas in dies ac mentes extraheret & c. datum fuit in turbido piscari; sic multas multâs adauxit; in crevit lectis scelerata pecunia nummis; in hunc finem suos quaquaversum emissarios & venaticos canes, nare sagaces lyclicas desposuit, qui omnium angulos excuterent, & adipales prædas in casses & in retia pecuniosi prætoris agitarent. Causas forensis tam affabrè novit protelare, ut tamen videri posset, terminum quæri inevertibilem, nunquam licet somniatum, donec extenuatâ partium bursâ, illi tandem sententia diceretur candida, quæ largioribus unguentis hunc præfectum inunxit, vel pluribus manulculis conjugem proserpinam cumulavit. Noluit Deus scelerum æquus vindex tot iniquitatum portenta, tot juris & æqui protutiones, tot stygia opum aucupia conniventibus oculis intueri, sic statuit tot fraudes & subditorum torturas, tot sacrorum abusus, tot simios Dei lusos. Celerem vindictam visæ sunt marure perennes diræ & horridæ execrationes, quibus malè pressi prætorum suum diu noctuq; onerabant. Erant quidem non pauci qui viri hujus in egenos largitatem ad cælos usque laudibus sublimarent; erant contra pænè innumeri, qui pecuniosum illum & iniquitati patrocinantem genium, genium fucatum & nummatum ad usq; tanari fauces imprecando devolverent. Qui malis oris erant indolis, diras omnes & imprecationum thyeftæas precæ exosi, Deum ac Superos precabantur, ut quod viribus negatum humanis, ipsi perficerent, & huic præfecto pharisaicum peccos innovarent, ut tam ad intra quàm ad extra, prout scholæ loquebatur, parem vitæ tenorem professus, uni Deo famulam operam deferret, Mammona & Dagonem in exilium proscripserit, cuique suam redderet, & cum omnibus candidè ageret ac sincerè. Piorum precæ & malè pressorum imprecationes raro cassæ sunt aut irritæ; sed his præ illis locum videtur vindex Deus fecisse, ut virus suum

K.
Audit Deus
pauperum
imprecationes.

in orbem Mammonistam effunderent. Multis annis hunc lusum cum Deo & cum terricolis ludit prætor iste; ex quo iterum ad oculum clarescit Summi Dei Misericordia verè infinita, quâ hoc scellum caput tanto tempore toleravit, ut nempe copiosum tempus haberet, se cum Deo ex animo reconciliandi; cum autem nulla correctio sequeretur, sed omnia potiùs in pejus ruerent, DEUS tandem in ipsum horridæ mortis sententiam fulminavit. Ibat fortè die quodam innubi ac sereno suam extra urbem ambulatum, nullo achate comitatus, ubi more suo novas artes ampliandi pæculium animò excoxit; ecce, videt eminus ad se ex obliquo magnis passibus ignoti laris tabellarium appropere, qui proprias in manus ipsi literas tradidit, & mox iterum ex oculis avolvit. Horrui ad primum hunc actum prætor, & quasi sidere tactus ab alto obstupuit, gelidusque comas attollere cepit horror. Recollectis viribus literas aperuit, & ecce alterum fulmen, quò ex literis tactus alta & horrida voce intonuit: heu mihi perditio prætoris! quid actu literæ loquerentur, experiri nemo potuit, studio suppressæ sunt aut foco exultæ. Legerit haud dubiè in illis fatalem sententiam à justissima Nemese è cælo detortam. Et quid tum? si etiam actu se reprobationis æternæ sententiâ percussum esse, legisset? non ideò salus ejus credi poterat funditus conclamata, cum adhuc pluribus horis intra corporis septa ejus anima spiraret.

Quærent Theologi, quid illi agendum sit, cui cœlitus facta esset revelatio futuræ damnationis? an sperandum ei esset? an desperandum? Itur hic loci varias in sententias. Mihi una illa probatur, quam refert & sequitur (13) Tannerus, multumque servit ad mores reformandos. Ut tantò meliùs posita quæstio, & illius resolutio capiatur, pro certo tenendum est, Deum juxta ordinariam legem nulli mortalium damnationem suam *tanquam absolute futuram* revelare. Hoc sensu quæstionem si sumas, audacter totum tibi suppositum negatur & ejuratur; casu ergo, quò aliqua revelatio fieret, ordinariè talis revelatio vel erit *putativa & illusoria*, ipso à diabolo profecta, quæ credebatur esse cœlo delapsa; vel si è cœlo lapsa est, erit ordinariè *comminatoria*, seu, quod idem est, *conditionata*, non *absoluta* revelatio, quæ sanè irritari non possit, si quæras ultra, quæ illa sit conditio? dico, hac sub conditione intimari posse revelationem, *si peccator esse pergat, qui fuit,*

(13) Tanner. in 2.2. S. Thom. 3. d. 2. q. 1. dub. 4. n. 3. L. Et, cui facta est revelatio damnationis, nullatenus desperandum est.



nec se per finalem penitentiam ad Deum suum serio convertant, si enim in finali pertinacia moriatur impoenitens, certa ei damnatio est; si contra penitentiam egerit, quam etiam adhuc in ultimo agere potest articulo, si velit, certa ei salus est. Hac ergo comminatoria seu conditionata revelatione supposita (absolutam enim jam rejecimus) quaestio procedit, quid agendum erit peccatori ad quam ocius respondeo, dicoque, id ei agendum est, quod egi Abraham, & quod egisse leguntur Ninivitarum in Ver. Test. de Magna

- (14) Rom. 4. Patre Abrahamo dixit (14) Paulus: *credidit in spem contra spem*, & spes eum non confundit. Sperentur desperata; hoc enim est
- (15) Corn. in l. c. *sperare in spem contra spem*, ut Cornelius (15) observat. Credantur etiam futura, quorum nulla est spes, vel quorum spes creditur esse succisa; credantur haec omnia *in spem contra spem*, & haec spes nullum peccatorem confundet, si & reliqua fiant, quae spes sanctior dictaverit. Jonas Propheta iussus est à DEO urbem excidium Ninivitis praesagire; intravit urbem balenam solutus, &
- (16) Jon. 3. (16) clamavit voce magna: *Viri Ninivitarum, adhuc 40. dies, & Ninive subvertetur*. Lapsi sunt 40. dies, & urbi tamen nihil estis am mali accidit; stetit post 40. dies adhuc illaesa, imò integra. Quod falsum dixit ex imperio divino Propheta? absit! revelatio per se facta erat *comminatoria*, erat *conditionata* revelatio, nisi si interim mores in melius mutaverit, & hac ratione à DEO impetraverit sententiae de excidio urbis vel sublationem, vel suspensionem. Sic S. Gaudentius (17) perorat: *non everisa est Ninive, quia poenitit Ninive*. Perculli hac *conditionata* revelatione Ninivitarum resipuerunt, & poenitentiam egerunt in cinere ac cilicio peracerbam; hac poenitentia placatus ex integro Deus, minas revocavit, & urbi pepercit. Is ergo, cui talis facta est revelatio poenitentes Ninivitas amuletur. Veri nominis poenitentia, cui sua sit restitutio sociata, irato Deo praesentetur, & videbit pariter reus iram vanuisse, Deumque peccatori reconciliatum esse. Ambrosio (18) teste, *novit Deus mutare sententiam, si in novum emendare delictum*. Stante itaque memorata revelatione, adhuc sperandum est, & nullatenus desperandum est, totisque viribus in id enitendum est, ut residuo vivendi tempore reus expleat conditionem, qua probe adimpleta, suam quoque sententiam

(17) S. Gaud. tr. 2. ad Deoph.

(18) S. Ambrosio, l. 2. in Luc. M. Absoluta revelatio

ut Ambrosius meminit, Deus revocet, & in gratiam recipiat poenitentem. Quod de *absoluta* revelatione à nonnullis disputatur, fori hujus non est; casus est metaphysicus, & cum Bonitate Dei, juxta S. Bonav. impossibilis, ergò Deo inglorius, & hoc ipso nullus, quia verè hominem desperare cogeret, ut (19) D. Thomas memorat, ergò nec Deo tanquam Summo Bono assignari debet. Nunc ex intervallo ad historiam redimus, unde per epistolam ab ignoto cursore prætori oblatam, in Theologiæ fertiles agros nonnihil fuimus digressi. Si talem revelationem ex literis hausit prætor, & ex illis fulminatæ damnationis sententiam legit, *comminatoria* fuit sententia, non *absoluta*; ergò non desperare debuit, sed potius sperare debuit in spem contra spem, sed adhuc gratiæ & gloriæ compotem fore, si poenitentiam egerit, & malè ablata suis ritè dominis reddiderit. Deus illi post sententiam ex literis lectam plures adhuc horas indulgit, ut delicta expiaret, & expiando simul sententiam mutaret divinam. Deducus est inter bajulas manus domum usque & lectulo commissus, quem tamen irrequietus ferre non potuit, qui tot aliis quietem turbavit. Suspendit nonnihil manum vindicem clemens Deus propter poenitentiam, quam cum frustra exspectaret, cepit tandem in hypocriticum Mammonistam justas iras exonerare. Cum proximum in conclave deportaretur; hem 27. dæmonum spectra, horridâ sanè formâ se obtulerunt, quorum ocuis viginti præfectum ingressi, totum corpus immanibus tormentis excruciabant, reliqui septem totum per cubiculum rapido volatu ferebantur. Hoc aspectu terrefactis omnibus, properè quidem Sacerdotes accurrebant, ut junctis viribus tetros spiritus profligarent. Aggressi primitus illos, qui corpus obsederant, mox audiunt vociferantes: oleum perditis, operam luditis; Dei jussu hominem hunc irruimus, unde nos nulla hominum potestas ejiciat; citius illi pellentur, qui cubiculum oberrant. Hòc auditò, versi sunt ad septenos spiritus Sacris exorcismis profligandos, sed ab his antè numerosâ crisi sunt perstricti, quàm locò eederent. Quidquid sceleris aut nœvi commissum est à singulis, enucleatè detectum est per obvolitantes diabolos; huic crapula, illi somnolentia, alteri libertatis aucupium, alteri cum sexu altero familiare commercium, superbia aut gula, alteri clavium


N.
Pœna horrida hypocritici Mammonistæ.

vium prelatio, Sacri deperatio, chori neglectio, frequen-
ta excursio & alia palam objecta. Detectis presentium culpis,
unus post alterum cubiculo excessit, excepto septimo Alastore,
qui reliquis pertinacior loco hæsit, donec fortius exorcismis ur-
geretur. Jam ad abitum se quoque septimus dæmon parabat,
en migraturus, se ad illos convertit, qui præfectum obsidebant,
dixitque: eja focii, quid hic agimus, nostris à sociis destituti? cur
non illorum simul vestigia sectamur? quid nos ultra cruciandos
popis committimus? agite fratres mei, rapite, capite optimam
portionem præfecti nostri animam, & hinc mecum nostra in ple-
tonia regna migrate. Vix hæc dixit, vixit prætor, & impetu facta
20. dæmones excefferunt, atque unam secum infelicem prætoris ani-
mam in æternum orci barathrum raptarunt, ubi vel hodie cum
omnibus hypocritis, cum omnibus Mammonistis, cum omnibus
falsis iudicibus, cum omnibus avaris prætoribus & pravis Christi-
anis, æternantibus focis crematur.

Hem lucrum, quod reportant, qui unam Deo gessunt ferre-
re ac Mammonæ, Deo & Dagoni, arcæ divinæ orcinum idolum
sociantes. Sic Deus totum pectoris templum proscribitur. Sic dæ-
mones nostram in perniciem provocantur. Audiamus postea
singuli Augustinum (20) *Vis esse templum Veritatis, frange idolum
falsitatis; in cor tuum sola intret arca testamenti, & non
Dagon? ruat Bacchus! ruat Venus! ruat ira! ruat invidia, & in-
quitatis Mammona? Solus Deus ac Dominus noster habi-
tet præcordia nostra per gratiam!*

20) S. Aug.
locò sup.
cit. tr. 7. in
Joan.

Amen.



CON-